

- 7 Item ꝑ Adde, quod positus in dignitate prout est Rex, non potest alienare in præiudicium dignitatis, scilicet, regni, & si alienet, reuocatur alienatio, etiam cum iuramento de non reuocando facta, quia tenetur, & in sua coronatione iurauit, iura regni sui & honorem coronæ illibata seruare, & ideo illicitum est secundum iuramentum & non seruandum, vt in cap. intellectu, de iure iurand. & ibi Doct. Idem in Episcopo probat text. in cap. sic nostris, de iure iurand. & in vtroque l. 28. tit. 1.1. part. 3. Sed quia contrarium videtur probare l. 8. tit. 1. part. 2. & l. 2. tit. 9. lib. 5. ordinam. in hac materia videndi sunt Gregor. Lopez vrbobique, Alciat. in cap. cum contingat. num. 43. de iure iurand. & optime Couarr. de pati. in 6. 2. par. §. 2. n. 4. & Auend. 1. part. c. 1. num. 22. in fin. & num. 23. Roland. confil. 2. num. 95. & seq. lib. 1. & Loazes per totam illam iuris allegationem.
- 8 Item ꝑ adde, quod si Prælatus iurauit non alienare sine licentia Papæ, si impetrat licentiam à Papa, tacito iuramento potest alienare, nec fit transgressio iuramenti, quod si iurasset non alienare sine licentia Metropolitanis, si impetraret à Papa talem licentiam tacito iuramento, non teneret licentia, neque posset fieri alienatio, Ita tenet Ioan. Andreas in cap. vt super de rebus ecclies. non alien. quem refert & sequitur Gregor. Lopez. in l. 6. tit. 11. par. 6. in gloss. magna, col. 7. illius ad medium.
- 9 Vbi ꝑ hoc inforti cum Bald. quem refert, quod si possessor maioris iurauit non alienare res maioris, si postea impetret licentiam à Rege ad alienandum tacito iuramento, poterit alienare, nisi iuramentum præstitum sit futuris successoribus, vel ad eorum fauorem & conseruationem rerum maioris.

S V M M A R I V M.

- 1 Ludens ad creditum quocunque ludo, non tenetur soluere quod perdidit, & si soluit, potest repetere, & qui recepit, tenetur in conscientia restituere illud, etiam ante repetitionem.
- 2 Lucrans aliquid in ludo etiam prohibito, cum pana exteriori & lucræ restitutione non tenetur in foro conscientia restituere, dummodo fraus absit legesque ludi seruentur & ludentes liberam habeant administrationem eorum, qua in ludum deducuntur, etiam si lucrant si clericus, exceptis quibusdam casibus hic positis.
- 3 Perdens in ludo præsentem pecuniam, potest illam repetere in foro exteriori infra octo dies, & an post intra duos menses possit, sicut quilibet extraneus potest?
- 4 Pana iure Regio imposta ludentibus ultra duo regalia, & tabulario (vulgo dicto tablaiero.)
- 5 Aloator est vilis persona, & lasor repellitur à testimonio, quando tempore testimonij serendi consensit ludere.
- 6 Ludens ad creditum, & promittens cum iuramento soluere quod perdidit, an teneatur soluere?
- 7 Ludens ad creditum, & promittens cum iuramento soluere quod perdidit, an postquam soluerit, possit repetere?
- 8 Promittens cum iuramento soluere vsuras, potest petere absolutionem à iuramento ante-

quam soluat, & ea obtenta non tenetur soluere.

- 9 Ludens ad creditum, iurans non tantum soluere, quod in ludo amiserit, sed quod post solutionem repetet illud, an possit repetere hoc iuramento non obstante?
- 10 Promittens cum iuramento soluere vsuras, & eas non repetere, an etiam possit eas repetere post solutionem?

C A P V T L I I I.

De ludentibus ad creditum.

**L**UDENS non in præsentem pecuniam, sed in absentem & creditam, impingorata fide non tenetur soluere, quod perdit in ludo, quia licet iure naturali videatur teneri fidem seruare & sic soluere, contrarium tamen est dicendum in proposito, ea ratione, quia tam iure communi, quam Regio, perdens in ludo alearum vel chartarum pecuniam præsentem, potest illam repetere de iure communi intra quinquaginta annos, vt in l. 2. tit. 10. lib. 8. ordinam. veter. hodie in l. 2. tit. 7. lib. 8. noua recopil. Regie legitur qui solutam iam pecuniam repetere legum decreto potest, poterit eam nondum solutam retinere, quia frustra quis peteret, quod statim restitutus est, vt in l. qui sic, digestis de solut. & in l. dolo, digestis de doli exceptis. Et ita merito hanc opin. principalem tenet Adrianus in 4. sententiarum, in c. quia in superiorib. Cuius opin. latissime probat & sequitur aduersus Ioan. à Medina & Alfonso à Castro, tenentes contrarium, doctissimi Episcopus Segobien. dominus D. Couarr. in reg. peccatum, in 2. part. paragr. 4. num. 8. per tot. vbi eam probat & dicit esse veram apud nos, tam ex lege Regia super hoc lata à nostro Christianissimo & inuictissimo Imperatore Carolo V. pragmatica sanctione 22. Madritij condita anno, 1528. quam ea seclusa, quæ pragmatica hodie ponitur pro lege in noua recopilatione, in l. 8. tit. 7. lib. noua recopilat. Reg. cuius verba sunt hæc: Mandamos, que de aqui adelante ninguna persona, de qualquier estado o calidad que sea, pueda jugar ni juegue a credito, ni a fiado aunque sea a juego de pe lo ra, ni otro de los tolerados ni permitidos en estos Reynos, y si jugaren los dichos juegos a credito o fiado, mandamos a las mestras justicias, que no condenen ni excomuniquen en las tales personas ni en sus bienes, ni de sus fiadores lo que assi denieren de los dichos juegos a credito o fiado. T por la presente damos por ningunas qualquier obligaciones, escrituras, o promessas que las tales personas cerca dello hizieren; mandamos a los del nuestro Consejo, que se lo guarden y cumplan, y bagan guardar y cumplir y executar, y sobre ello den las promissiones necessarias. Eandem etiam opinionem ante leg. illam tenuit frater Dominicus de Soto lib. 4. de iustit. & iur. art. 2. quæst. 5. in vers. num. autem non est hic, fol. 307. vbi dicit hoc procedere, præterquam si expresse pollicitus esset, cum ludit ad creditum, se non vsutum beneficio l. repetendi, & postea allegat dict. l. Madritianam, qua attempta existimat ipse, quod qui promittit, non tenetur soluere, & si soluerit, alter in conscientia ante-

repetitionem tenetur restituere, neque valeret, si ludens illi legi renuntiaret, quoniam data est non solum in fauorem illius, sed in bonum commune. Posset tamen fieri libera donatio, quamuis semper suboleret fraudem secundum ipsum. Cui addo rationem, scilicet, propter causam & occasionem præcedentem, qua donatur, expressam vel saltem tacitam. Eandem etiam principalem opinionem tenet Nauar. nouissime cap. 28. additio- num, quas facit ad cap. Manualis in addit. ad cap. 19. num. 15. fol. 38. colum. 2. vbi allegat Couarr. vbi supra, & inquit sanctissime prohibitum esse dicta lege Regia ludi ad creditum, & ita est tenenda supradicta opinio tam iure communi quam Regio: & probat nouissime Ludouic. Carbo. in tract. de restitu. quæst. 42. vers. 1. conclusio. cum seq. & in vers. 5. conclusio, vbi quod est communior. Et quod si soluat, possit repetere, tenet etiam Couarr. vbi supra, in fin. dict. paragr. 4. Vbi ampliat etiam si soluerit, existimans se in conscientia teneri ad eam promissionem ratione solutionis, cum habuerit ad hanc opinionem doctissimorum viro- rum auctoritatem. Et opinio Soti supradicta, quod ludens ad creditum, si soluat sibi postea pecunia lucrata, teneatur eam in conscientia restituere ante repetitionem, quam sequitur Methyna Salmant. in instructio. confess. est tuior, contraria tamen probabilis, vt late dislerit nouissime post huius operis secundam editionem instructorum negotiarum Ludouic. Lopez. lib. 2. c. 2. vers. pro huius expeditione, pag. 387. & inquit Ludouic. Carbo. in d. tract. de restitu. dict. quæst. 42. vers. 2. lex humana, quod si qui accipiant pecuniam in ludo sub credito acquisitam, id ex eo est, quod qui perdidit, possunt huic iuri renuntiare, quod nobiliores faciunt, vt ipsis alias fides habeatur, quamuis sciant promissiones illas esse irritas.

2 Si ꝑ tamen quis præsentem pecuniam luderet & solueret lucrans non tenetur necessario eam pecuniam in anime iudicio restituere, etiam si ludus illicitus sit legeque humana pena exteriori & lucræ restitutione puniatur, modo absit fraus legesque ludi seruentur, habeantque ludentes liberam administrationem rerum quas in ludi conuentione deducere, vt tenet Ioan. Andr. Abb. & communiter Doctores in c. penult. de vita & honestat. clericor. Quam etiam opinionem tenent et Theologis S. Thom. Caietanus, Maior, Paludan. Adrianus, Ioannes à Medina, Alfonso à Castr. & eos referens latissime probat Couarr. vbi supra, n. 1. & sequent. dicens, ita tenere communiter Doctores in d. cap. penult. Penes quem illud expeditum est, acquirentem aliquid ex ludo non teneri ante iudicis condemnationem id restituere ex l. humana, perditenti dante restitutionem, quamuis contrarium teneat Syluest. verb. ludus, quæst. 13. Hanc etiam testatur communem in practica D. Ioannes Pedraza in sua summa in 7. præcepto diuino. §. 32. vers. Otrá duxa mayor, fol. 92. vbi plurimos Theologos hoc tenentes refert, & inquit hanc communem habere, quod lucrans id restituat perditenti vel distribuat pauperibus, licet ad id non teneatur, & potest sine scrupulo retinere ante condemnationem, licet fit clericus, etiam si lege statutum sit, vt perdens illud, quod perdit, possit petere intra certum tempus, prout de iure communi habemus intra quinquaginta annos & iure Regio intra octo dies. Eandem etiam supradictorum opinionem tenet & late probat Na-

uar. in manual. confes. 19. num. 9. vbi inquit, hoc ita sit, est tamen turpe lucrum, & deceret restituere vel dare pauperibus, licet hoc non sit necessarium: tandem quoque sententiam, alios Doctores plures referens, tenet Petrus Auendan. 2. part. cap. 9. prætor. num. 4. vbi hoc intelligit, quando non auaritia causa, sed solatij ludus & in parua quantitate, a trecta qualitate peccatorum & diuitiarum suarum, si ex consuetudine in huiusmodi personis tolerabile est, quod non fiat restitutio pecuniarum, quia talis consuetudo valet, & quia pecunia videtur donata cum possit peti, & perdens non vult petere & sic vti huiusmodi iure, ob quod præsumitur donatio, argumento eorum, quæ notat Rebuff. in præmio constitut. Regni Francia, n. 47. Quia si auaritia causa iudicatur, tunc lusor propter peccatum tenebitur restituere, secundum Auenda. vbi supra, qui ad hoc allegat Caietan. in summa verb. ludus, & August. de Arimin. vltra quem idem tenet Syluest. in summa, verb. ludus, n. 2. Et quod ludens auaritia causa peccet, tradit late Nauar. dict. c. 16. n. 1. & 2. vbi n. 10. declarat, quando dicatur ludi principaliter ratione lucrandi, & omnes supradict. fatentur, quod si quid fraude fiat in ludo & inde lucrum euenierit, id omnino restituendum sit. Et hoc est apertissimum, quod intelligit Couar. vbi supra, præterquam si quis caurelis, quæ iuxta ludi leges licite sunt vtatur vel id faciat, quod natura ludi permittit, & ibi hoc bene declarat. Et quod clericus ludens principaliter auaritia causa quantitate notabilem, peccet mortaliter, tenet Nauar. in dict. cap. 28. additio. in additione ad dict. cap. 19. manualis, numer. 8. fol. 37. ad fin. & supradictam communem sententiam sequitur & probat plures allegans D. Antonius de Padilla in l. de fideicommissis, num. 7. C. de transact. est communis & vera, secundum Ludouic. Carb. vbi supra, quæst. 41. in vers. 4. sententia, & in vers. 2. conclusio. vbi in vers. 3. conclusio. cum sequ. limitat eam aliquibus modis & de clericis ludentibus, quando peccent mortaliter & quando non, agit idem auctor d. tractatu quæstio. 38. vers. ostendit clausula, cum sequentibus, idem resoluens, quod nos supra, & addit se arbitrari, quo si clericus honeste de causa remoto scandalo aliquando alta lude- ret, forsalle nihil peccaret.

Sed ꝑ redeundo ad dictarum legum Regni propositum est aduertendum, quod Doctor Auiles in capitu. 29. prætor. in gloss. Leyes, numero quinto, folio 225. colum. illius vltim. inquit, quod elapso dicto termino octo dierum, quem lex Regia concedit perditenti in ludo ad suos nomines repetendos sibi videtur, quod non competat parti repetitio, quia per dictum tempus octo dierum est præscriptum contra eum & in foro conscientia & iudiciali: & qui lucratus est excusatur, si non fuerit per partem peticum infra dictum terminum, vel per iudicem vel per alios infra duos menses, vt cauerit in dictis legibus: credit tamen, quod pauperibus teneatur pecuniam illam erogare, vt in dicta authent. alearum vsus, & tenet speculum conscientia in loco per eum ibi allegato. Secundum quæ, si non vult pauperibus erogare, non debet sibi denegari absolutio, nisi sit condemnatus ad restitutionem: quia tunc per talem condemnationem & sententiam tenetur ad restitutionem in foro conscientia, iuxta gloss. vulgarem in capit. fraternitatis, 12. questione 2. Hac ille. Sed in eo, quod dicit, quod pars, quæ amittit in ludo ali-

quid, non possit illud repetere elapso termino octo dierum, inuenio, quod Auendan. ubi supra numero 5, dicit, quod si extraneus vel iudex transfactus octo diebus non preoccupauerit ius agendi quod potest, vt in dicta l. Regia post elaplo dictos octo dies, nihilominus potest agere & repetere, qui in ludo amittit, per ea quae ibi ipse allegat. Nam si comparet, hoc est, tanquam quilibet de populo, nec videtur huic iuri renuntiare, iuxta notata per Felinum in cap. 2. colum. 7. de constitut. Quam opinionem contra Auiles ipse sequor eo potissimo fundamento, quod lex Regia supra dicta assignans terminum octo dierum parti amittenti ad repetendum, non eam excludit post lapsum dictorum octo dierum infra duos menses, sed alios admittit ad petendum, Cuius verus sensus hic est, quod intra primos octo dies amissionis, nullus alius possit amissum in ludo petere, nisi pars, quae illud amittit. Transactus vero illis octo diebus vsque ad petendum, quilibet potest illud a se petere, & si nemo id petat, iudex ex officio suo id exsequitur filco. Itaque post dictos octo dies ius non aufertur parti, sed aliis conceditur, & cum aliis pars habet similem fortunam, vt qui occupauerit in petendo, praeretur aliis. Poterit igitur pars post dictos octo dies, si nullus alius petierit, repetere vel tanquam pars vel tanquam quilibet de populo. Quae profecto singularis & vera, meo iudicio, intelligentia est illius legis, vt aperte significant verba ipsius ibi: *Y sel que perdere, hasta ocho dias no lo demandare, que qualquiera que se lo demandare, lo aya para si, y si alguno no lo acusare, ni demandare, que qualquier iuez o Alcalde de su officio sabiendo, lo execute, y sea para la nuestra Camara: y si asino lo hiziere, el juez pague seyscientos maravedis, lo mitad para el que lo acusare, y la otra mitad para la Camara.* Extraneo tamen nec iudici, non datur ad repetendum, nisi terminus duorum mensium, vt supra dictum est, & probatur in l. 10. tit. 7. lib. 8. noue recopilation. quorum octo dies priorum parti tantum dantur, sed & sunt plura alia in hac materia, quae traduntur per Doctorem. ubi supra, praecipue per summistas, in verb. ludo, & per Conarr. Auendan. & Auiles ubi supra, qui alios referunt, ad quos est occurendum in hac materia & ad l. Regias d. tit. 7. libro 8. noue recopilation. reg. vbi ad quos ludos licet ludi & ad quos non & vsque ad quam quantitatem, & poena plus ludentium ac praebentium domos ad id cum mensis, qui vulgo, *Tablarios* appellantur.

4. Nam ludenti ultra quantitatem permissam duorum regalium pro prima vice imponitur poena sexcentorum marapetinarum, pro secunda mille & ducentorum, pro tertia mille octingentorum: pro quarta & vlterioribus trium millium dipondiorum: & applicentur dictae poenae tertia pars accusatori, & reliquum filco, & tabulario imponitur poena quinque millium dipondiorum, per l. 3. d. tit. 8. lib. applicata eodem modo, vt cauetur in l. 6. d. tit. 8. lib. ad finem, in versic. *T. otrosi mandamos, Quod II. & supra dictae poenae, ita seruantur & praecantur quotidie prout saepe vidi.*
5. Adde, quod aleator est vilis persona & lusor repellitur a testimonio, quando tempore testimonij ferendi consecutus ludere, secundum Roland. a Valle consil. 34. n. 3. & 4. l. 1.
6. Restat nunc examinanda quae questio illa de iuramento, an habeat attenua dicit. leg. 8. titul. 7. lib. 8.

illo homine sic destituito bonis suis & diminuto patrimonio, sciens non esse soluendo, & quod non potest adimplere iuramentum, nisi aliena consumendo, hoc est, ea quae sunt vxoris, vel alterius personae, quasi tacite videatur delicto consentire, non obligatur iuramentum hoc promittens in prauidicium tertij. Quia licet maritus constante matrimonio sit dominus dotis vt in l. doce ancillam. C. de re iudi. cum simi. tamen quando est ita inops & dilapidauit bona sua, vxor potest repetere dotem etiam constante matrimonio, vt in l. si constante, in prin. cum similib. ff. solut. matrimo. ac per consequens ludendo & soluendo quod perdit defraudat vxorem suam illo iure, quod habet repetendi dotem ob supra dictam causam, & an consequentiam sua dote & alii bonis. Et praeterea mariti sic deludentes & obligati, graues minas inferunt vxoribus ne reclamant nec sibi contradicant, eo quod male vtantur substantia & re sua. Non tenebitur itaque qui iurauit soluere, quod perderet in ludo, adimplere iuramentum soluendo de bonis vxoris in ipsius prauidicium, sed tantum de bonis propriis. Et idem dicendum est, etiam si collusor a principio recipiens promissionem iurata, ignoraret pauperiem iurantis, licet, si sciret, in culpa & dolo esse videatur recipiendo praed. iuramentum, vt supra dictum est.

7. Sed quae potest dubitari in proposito, an ludens ad creditum & promittens cum iuramento soluere, quod in ludo perdidit, possit postquam soluerit, repetere quod soluit, adimpleto iuramento, argumento illius, qui vsurum cum iuramento soluere promittit: nam postquam soluerit potest repetere eas, vt in cap. debitores, de iureiuram. nec ne? Et videtur primo dicendum, quod non, quia diuersum videtur in vsuris & in pecuniis amissis in ludo, praecipue cum inueniamus expressum & determinatum per supra dict. Dd. quod iuramentum hoc nostro casu obliget promittentem, qui non declarat, quod post solutionem soluens possit repetere, & in vsuris solutus ex vi iuramenti promissio sit casus specialissimus in iure, in quo potest repeti solum cum iuramento promissum. Quod iuratur alia ratione, quia solum promissa cum iuramento in proposito, quod quis amittit in ludo, iam idem videtur esse ac si pecunia praesenti luderet: quo casu regulariter lucrans non tenetur ad restitutionem in foro conscientiae, vt supra dictum fuit. Ergo idem debet operari iuramentum in proposito, cum in iure habeat vim praesentis & expressi.

Sed his non obstantibus, contraria opinio videtur verior, securior & tenenda, imo quod perdens pecuniam ad ludum, quam cum iuramento promittit soluere, postquam soluerit & sic adimplet iuramentum, possit eam repetere sicut in vsuris statutum est, vt in cap. 1. & c. debitores, de iureiuram. Quia iuramentum in proposito tantum praestat de soluendo & adimplet & seruatur solutione facta, quo sic adimpleto, remanet causa in terminis communibus ac si non iurasset. Quo casu is, qui soluit pecuniam amissam in ludo, quam promiserat soluere, potest eam repetere, & qui accipit, tenetur in foro animae etiam ante repetitionem restituere, quia res cum vitio ad eum peruenit & perniciosum est valde Reipublicae ludi ad creditum: quia his ludis homines Reipubl. pauperrimi efficiuntur, cum frequentius inuentur ad ludendum credita pecunia, quam

praesenti, cum ea sapius careant. Et ideo iustissime lege Regia supra dicta improbatum est ludere ad creditum, etiam ludis permissis & annullantur promissiones, obligationes & scripturae, quae fiunt de soluendo, quod perditum fuerit in ludis. Ergo idem dicendum est in casu, quo promittens soluere cum iuramento, quod perdidit, id soluere & sic adimplet iuramentum, vt non obstante possit repetere statim, quae virtute ipsius soluit, quia iuramentum illud operatur & vim praestat obligationi de soluendo, non vero operatur retentionem illicitam, nec impedit in proposito repetitionem. Et huius opinionis quasi videtur fuisse Ioan. a Medina, ubi supra, dum loquens in illo, qui promittit soluere quod amittet in ludo, dicens, quod illam promissionem iurata tenetur adimplere, addit, quod actio repetendi perdati concessa non obstat, vt apparet a simili de matuatiario, qui promittit aut iurauit se vsuram soluturum. Is enim tenetur promissum complere, iuxta cap. debitores, de iureiuram. Est quod illi ad repetendum competat actio & vsurarius vsuram acceptam teneatur eidem restituere. Quibus verbis eius mentis videatur esse auctor ibidem, vt idem sit in ludente, qui cum iuramento promittit soluere, quod amittet in ludo, vt postquam soluerit prout tenetur, possit postea repetere, & collusor, qui accepit pecuniam, quam ad creditum lucratus est in ludo, teneatur eam restituere perdati. Hanc etiam opinionem iurat, quod plerumque ludentes ad creditum iurantes promissionem de soluendo, se ipsos instanciant & persuadent ad iuramentum praestandum, vt legem defraudent. Et licet voluntarie id faciant, negari tamen non potest, quin aliquid fraudis in hoc committant: quod licet non excuset ab obseruantia iuramenti, vt supra concludum est, reddit ipsos inhabiles ad retinendum, quod virtute praedictae promissionis seu obligationis iuratae sibi solutum fuerit ex lucratu in ludo: & ita existimo tenendum. Et postquam haec scripsi, inueni ita expresse nouissime tenere Nauar. in dicit. cap. 18. addit. in additione ad d. cap. 19. n. 1. fol. 38. colum. 2. argumento, eius, qui cum iuramento promittit soluere vsuras, per d. c. debitores, de iureiuram.

Et ibi addit, quod sicut ille, qui cum iuramento promittit soluere vsuras, potest petere abolitionem iuramenti antequam soluat (supple ante lapsum termini solutionis) & ea oborta, non teneatur soluere, vt in dicto cap. 1. de iureiurand. ita qui perdidit in ludo ad creditum, poterit petere abolitionem iuramenti antequam soluat, & postea non tenebitur soluere: quia in eo est eadem ratio, argument. Illud ff. ad legem Aquil. & in cap. 2. de translat. prelat. Quae opinio mihi verissima videtur, recenta supra dicta opinio, quod postquam soluerit, potest repetere, licet Dominicus a Soto, ubi supra, hoc tantum videatur tenere, quando alia daretur magna bonorum iactura. Ex quibus omnibus remanet satisfactum fundamentis contrariae partis.

Sed quid si promittens iuret se non tantum soluturum quod amiserat in ludo, sed quod etiam postquam soluerit non repetet? Adhuc existimo, quod impetrata prius abolitione a iuramento, possit repetere ex supra proxime dictis, dum tamen absolutio petatur & obtrineatur ab vtroque iuramento, quia iuramentum hoc non videtur cum iudicio & discretione praestitum, sed affectu







pro marito, vel se obligare simul cum eo, ita ut velle possit conueniri pro illo, pro quo obligatur, nulla habita distinctione versus fuerit nec ne in vilitatem eius? In quo inuenio gloss. 1. in dict. athen. si qua mulier, dicentem, text. illum procedere, etiam si mulier irauerit, quia nihilominus nullo modo tenebitur ipso iure, per text. in leg. non dubium, Codice de legibus, & illam gloss. sequitur ibi Iacob. Butricar. & inquit Salyc. quod Doctor. cum ea transierit, quam gloss. dixit singularissimam Roman. relatus per Roland. à Vall. consil. 2. num. 80. lib. 1. vbi refert ex Philip. Franc. Petul. in capite quamuis pactum, de pact. libro 6. quod illud, quod dicitur, iuramentum validare contractum inuulidum, procedit, quando contractus super quo iuramentum interponitur, non est in totum, nec penitus nullus, secus quando est nullus ipso iure, & sic in totum, quia iuramentum in eo positum non validat eum, imo nihil operatur: Ergo ita in proposito dicendum videtur, cum fideiussu mulieris pro marito vel obligatio simul cum eo facta sit nulla, vt in dictis iuribus probatur & tenent ibi gloss. & Doct.

Sed contrarium est tenendum, imo, quod cum iuramento obligetur mulier etiam simul cum marito, & possit pro eo fideiubere cum iuramento, attento iure canonico, quod etiam est seruandum in foro ciuili, per textum in cap. cum contingat, de iurand. & in cap. licet, mulieres, eod. titul. vbi mulier potest cum iuramento alienare fundum dotalem, etiam si iure ciuili improbatum sit, dum tamen non vergat iuramentum illud in præiudicium tertii, & possit seruari sine interitu salutis æternæ: sicut etiam probatur in casu capit. quamuis pactum, de pact. in 6. Et ita inuenio, quod Alber. Ang. Paul. de Cast. in dict. athen. si qua mulier, tenent & dicunt gloss. illam non procedere hodie per text. in dict. cap. cum contingat vbi Alciar. numer. 9. referens eos idem tenent. Et inquit Matth. de Afflic. decisio. Neapol. 31. numero 4. quod gloss. illa communiter non tenetur per Canonistas. Hanc etiam opinionem sequitur Gregor. Lopez. in l. 3. in gloss. renuanciando, tit. 11. part. 5. dicens, quod beneficium dictæ athen. si qua mulier, & dict. l. Taur. non potest renunciari nisi cum iuramento, promittendo non opponere de aliquo remedio sibi à iure dato, secundum Paul. de Castr. quem refert. Et ita est tenendum, & sic quotidie, quia mulieres renuntiant beneficio l. Taurinæ cum iuramento, quando se obligant vel fideiubent pro maritis, vel cum eis: quam sententiam nouissime sequitur Matieno in d. l. 9. noue collect. Reg. gl. 2. num. 9. dum modo mulier certiorata fuerit d. l. aduersus alios, quos ibi refert.

7 Hanc tamen opinionem limitat Alciar. vbi supra, quando ageretur de magno præiudicio mulieris: nam tunc propter enormem læsionem præsumeretur metus reuerentialis mariti, & iuramentum esset relaxandum, & ita saluar in hoc casu gloss. supradictæ. Alciar. vbi supra. Quæ limitatio comprobatur ex iis, quæ supra tradidimus in cap. 1. ad fin. Non obstat, quod in fauorem dictæ gloss. tradit Roland. à Vall. vbi supra, ex Philip. Franco quia illud sic simpliciter & generaliter intellectum est falsissimum, quia iuramentum regulariter confirmat actum omnino nullum & reprobatur à iure ciuili, vt in athen. sacramenta puerum, C. si aduers. venditio. & ibi plene diximus, & probatur in d. c. quamuis pactum,

& in dict. cap. cum contingat, præterquam in casibus specialibus, quando iuramentum est contra bonos mores, vel continet turpitudinem vel rem illicitam iure naturali, vel quando adest dolus, metus aut vis, vel simulatio, vel in aliis casibus similibus. Potest tamen illa opinio Philip. Franc. saluari de iure ciuili antiquo, vt in dict. l. non dubium, C. de legib. Nam de iure canonico nullo modo procedit per supradictæ. Et ita est tenendum, quamuis Ludonic. Mex. in l. Regia Toleti, in se primo fundamento secunde partis num. 27. ad fin. cum Atio in d. l. 61. contrarium teneat, scilicet, quod d. l. non possit cum iuramento renuntiare.

Vltimo tamen inuenio, quod Mencha. de successo. 8 creatio. paragr. 4. num. 49. vers. in summa, in proposito nostro l. inquit, quod cum hæc l. 61. Tauri veterit uxorem obligari simul cum marito, aut tanquam mariti fideiussorem, si de facto pro marito fideiussit, naturaliter obligabitur, eamque obligationem in foro contentioso esse inutilem, non sic in foro animæ. Pro quo facit secundum ipsum, quia lex positua non potuit impedire consensum mulieris, neque ortum obligationis naturalis, quæ ex predicto consensu oritur, verum effectus, quos lex positua obligationi naturali condonauit, eos eis in casu adimere potest, prout latius tradit auctor distinguens, §. 30. num. 32.

Pro t quo ultra ipsum etiam facit, quia licet, 9 quando lex loquitur per verbum, Non possit, inducat necessitatem, & priuet potentiam, adeo vt nulla ciuilis obligatio oriatur, vt nostra lex Regia loquitur per verbum, No pœda, naturalis tamen obligatio bene oritur ex consensu, vt videmus in pupillo, qui nullo modo potest obligari citra tutoris auctoritatem, vt in l. obligari, in princ. digest. de auctor. tutorum. & tamen obligatur naturaliter, vt in l. 1. in fin. ff. de nouat. & dixi late in repet. l. nemo potest, num. 145. & aliis tribus numer. seq. ff. de leg. 1. Et ideo placet mihi hæc opinio Menchacæ. Illud tamen aduerto in proposito, me nunc loqui, quoties statutum prohibet mulierem vel minorem aliquem contractum facere & celebrare absque licentia viri vel confanguineorum, & sic certa forma seruata, id possit, an tunc ex contractu celebrato omnia illa forma requisita ab statuto, oriatur obligatio naturalis. Nam in hoc casu scio esse communem opinionem, quod neque naturalis obligatio oriatur, vt tradidi supra cap. 1. & tradit etiam Menchac. vbi supra. sed loquor in terminis d. athen. si qua mulier, & dict. l. Regia, in quibus omnino prohibetur mulier fideiubere vel se obligare pro viro suo, quo casu lex ciuilis non potuit tollere obligationem naturalem, quæ ex consensu simplici oritur.

S V M M A R I V M.

- 1 Debitor speciei, eius interitu liberatur ante mortem, postea vero non, & quomodo mora contrahatur.
- 2 Quando in obligatione non est appositus dies, requiritur, quod præcedat monitio sine petitione, alias non poterit peti, nec fieri executio debiti nec condemnatio expensarum, nisi prius petatur, & debitor non soluat, & n. 10.
- 3 Debitor non constituitur in mora per lapsum diei, si in obligatione dictum fuit, vt debitor esset

- esse certificandus per creditorem antequam adueniat dies, si non fuit certificatus.
- 4 In contrahibus vbi est dies & pena apposta, non admittitur purgatio mora.
- 5 Hoc tamen fallit si ante pactum, quod creditor prius teneat certificare debitorem, quia perinde est, ac si dies non esset apposta.
- 6 Instrumenta habentia paratam executionem, non debent exsequi, quando dies certa est apposta cum pacto, quod ante diem certificatio debeat fieri per actorem, quoniam illud pactum reddit terminum conditionalem.
- 7 Interpellatio, qua fieri debet ad constituendum debitorem in mora sufficit, quod sit extraiudicialis.
- 8 Verba deprecatoria constituunt debitorem in mora.
- 9 Interpellatio extraiudicialis non constituit in mora obligatum officio iudicis tantum.
- 10 Contentus in iudicio si statim libello recepto constitatur petita, & offerat se in continenti soluere, quia non vult contendere, non soluet expensam.
- 11 Implementum vnus partis in contractibus vltro citroque obligatvris etiam innominatis, constituit alteram partem in mora absque interpellatione alia.
- 12 Iuramentum habet vim interpellationis, & sic constituit debitorem in mora absque interpellatione, & quomodo hoc intelligatur.

C A P V T L V I.

De interpellatione debitoris.

**D**EBITOR t speciei, eius interitu liberatur ante mortem, postea vero non: quia mora per interpellationem contrahitur. Ita probat text. in leg. magna, digest. de verb. obligat. text. in leg. magna, & ibi Doctor. Codice de contrahend. & committen. stipulat. l. 18. tit. 1. & in l. 8. titulo 14. part. 5. vbi etiam probatur, quod dies interpellat pro homine, quod etiam probat text. in lege 2. Codice de iur. ephyt. & in capite potuit de locat. & in leg. quoniam in diem, digest. de verb. oblig. Et quæ requiruntur, vt per interpellationem constitutur quis in mora, ultra ordinarios videndus est Match. de Afflic. decis. Neapol. 31. 6. per totum.

2 Et supradictorum t ratio est, quia quando dies non est appositus, requiritur necessario, quod præcedat monitio siue petio, per text. in l. decem cum pet. ff. de verb. oblig. & ibi Doct. Abb. & Fel. in c. licet Ueli, n. 2. & 3. de Simon. Et ideo non poterit peti nec fieri executio debiti, nec condemnatio expensarum, nisi prius petatur & debitor non soluat, vt tenent supradicti, & dicam infra n. 10. sequitur nos citans nouissime D. Azcued. in l. 1. n. 51. tit. 2. lib. 4. noue collect. Reg. & in l. 2. num. 8. eiusdem tituli, & in l. fin. n. 29. tit. 2. 1. & in sententia de alcan. ge. Parlador lib. 2. rerum quotid. 1. part. §. 6. n. 3. & metius nos lib. 1. pract. quest. 37. n. 3.

3 Sed adde, t quod etiam si apponatur dies certus, si tamen dicitur, quod debitor est certificandus per creditorem antequam adueniat dies, & non fuit certificatus, tunc per lapsum diei debitor non constituitur in mora, nec committitur stipulatio propter defectum conditionis, vt tenet

Batt. in l. ita stipulatus à magna, numero 1. versio. & si ego stipulor. digest. de verb. obligat. sequitur Angel. ibi. & hæc est vera opinio secundum Rip. ibi n. 13. & Socin. lun. n. 65.

Ex t quo inferitur, quod licet in contractibus vbi est dies & pena, non admittatur purgatio moræ, vt in leg. traiecitia, §. de illo, digest. de actio. & obligat. & in dict. leg. magna, Codice de courab. & committen. stipulation. cum similibus, per que iura, ita tenet Battol. in leg. si infulam, num. 4. digest. de verborum obligat. cuius opinio est communis, secundum Doctor. ibi, præcipue Alexand. & Iaf. num. 15. Vincent. & Rip. 39. qui est videndus à n. 32. & Iacob. de Nigris numero 101. quamuis plures relati per Alexand. ibi numero 16. teneant contra communem, & licet Rip. numero 40. dicat veritatem contra communem: hoc tamen fallit si ante pacto, quod creditor prius teneat certificare debitorem, quia perinde est, ac si dies non esset apposta: Ita tenet Alexand. in dict. leg. si infulam, in sexta fallentia, & Rip. in d. leg. ita stipulatus, n. 14. & in versio. infulam, num. 47. digest. de verb. obligat. sequitur etiam Greg. Lopez. in d. l. 8. tit. 14. part. 5. in gl. 2. dicens, quod licet sit apposta dies & pena, si tamen inter partes fuit actum, vt reus etiam certificari debeat per actorem, tunc talis dies non interpellat, ita quod mora sit impurgabilis, iuxta gloss. in dict. l. ita stipulatus. verbo, certo die, & ibi eam notat Ang. dicens, quod tunc perinde habetur, ac si nullas dies esset appositus.

Ex t quo inferit ad statuta disponentia instrumenta publica seu priuata scripturam recognitam executioni mandari, prout est in istis Regnis, quod non habebunt locum, quando dies certa est apposta cum pacto, quod ante diem certificatio debeat fieri per actorem, quoniam illud pactum reddit terminum conditionalem, quod Angel. dicit esse notatum dignum & figendum menti. Quam etiam opinionem sequitur Rip. in dicta leg. ita stipulatus, num. 14. vbi limitat cum Aret. purificata conditione, id est, sequuta certificatione: quod Ripa credit esse de mente aliorum, & ego puto verissimum. Et certe licet in hac materia interpellationis multæ sint limitationes traditæ per Doctores, vbi supra, ideo hanc reuli, quia præcipua est inter omnes meo iudicio: & eam iam habui in practica, cum essem aduocatus cuiusdam hominis nobilis huius ciuitatis, qui prædicto modo erat obligatus, scilicet, ad diem certum cum pacto, quod deberet requiri per creditorem; nam absque certificatione & requisitione debitori facta per creditorem fuit petita executio contra prædictum nobilem lapsu termino, hoc est, die apposto in scheda priuata recognita in iudicio, & feci oppositionem nomine debitoris, allegans hoc & alia contra prædictam executionem, petens illam annullari & reuocari, & informari iudicem huius ciuitatis verbis & scripto al. legando supra dictæ. Nihilominus dictus iudex cõdemnavit meam partem, iubens procedendum esse in venditione pignorum iudicialium vsque ad extremam eorum venditionem, non obstante prædicta oppositione, & condemnauit cum in expensis decimalibus & processibus. De quo ego valde miratus fui, cum esset contra ius, & consulu, vt quamuis solutio fieri deberet necessatio fortis principalis & expensarum, qua erat negotium executionium, appellaretur ab illa sententia ad Regalem Cancellariam Vallisoletri,

quia saltem respectu expensarum, scilicet, decima & processus non dubitabam, quin esset reuocanda practica exequutio. Et ita factum fuit quia appellauit mea pars ab illa sententia: & in Regali Cancellaria fuit reuocata predicti. exequutio in totum, & in sum, vt decima, nec alia expensa ex ea soluerentur, & soluta redderentur parti: de quo adducta fuit Regia exequutoria, prout mihi postea predictus nobilis, in cuius fauorem patrocinium praestitit in causa illa affirmavit & affirmat quotidie.

Secundo adde, quod interpellatio illa, quae fieri debet, sufficit si sit extrajudicialis, vt probat text. in dict. l. si legatarius causa ff. de verb. obligat. ibi, Quod ita fit si interpellatus non dedisti, quia non requiritur actum iudiciale. Et ita notat Bart. ibi eadem fin. & idem voluit gloss. in l. qui Roma, paragr. coheredes, in verb. testator ff. eod. de verb. oblig. & gl. in l. fideiusor. ff. in verb. reus ff. de fideiusor. glo. in l. amplius non petium, verb. non commisi, ff. rem rat. hab. & vtrouque notat Bart. Pro qua opinione est bona l. 8. tit. 11. part. 5. ibi si despuer despo. gela pidieffe, & ibi notat Gregor. Lop. in gloss. pidieffe, dicens etiam extrajudicialiter iuxta gloss. dict. l. qui Roma, paragr. coheredes. Quod etiam habet locum in contractu mutui, gloss. in l. vinum, verb. cum petium ff. si certum petat. quam ibi Doctor communiter sequuntur, vt constat ex las. ibi ante numerum prim. & Deci. eodem fin. dicit communem Carol. Molin. in tractatu de usur. num. 32. & Crotus in l. si insulam, num. 58. ff. de verborum oblig. Cuius gloss. opinionem sequitur & bene defendit Paul. de Cast. ibidem num. 10. dicens aduersus tenentes contrarium, quod frustra est contra stimulum calcitare. Hanc etiam testatur communem, & eam bene defendit Gregor. Lopez. in l. 8. tit. 1. part. 5. in gl. in iudicio, vbi aduertit, passum hunc esse multum dubium, maxime stante illa l. paritarum ibi A la razon que gelomandare despuer en iudicio, vbi loquitur in mutuo, cuius conditores videntur dictam diuersitatem inter Glossatores, & nihilominus fuit postum verbum in iudicio. Non tamen auferem (inquit Gregor.) propter hoc recedere a communi opinione, secundum quam ipse intelligit dict. l. Regiam etiam, quando ante iudicium non esset petium etiam extrajudicialiter. Nam si hoc operatur interpellatio tacita per lapsum diei expressi, vt in princip. dict. l. 8. probatur & in aliis iuribus iam supra allegatis, quanto magis vera interpretatio, licet extrajudicialis, id operabitur. Et quia hoc reperitur expressum in contractibus bonae fidei, l. si sterilis, paragr. cum per venditorem, digest. de actio. empt. Nec video, inquit Gregor. Lopez. bonam rationem diuersitatis, cur aliud sit in contractibus stricti iuris, attento isto iure paritatum: & pro his adde l. 9. tit. 14. & l. 18. tit. 11. part. 5. cum d. l. 9. dicitur, per iudicio, & l. 18. hoc non dicit, sed pidieffe tantum, & sic sufficit etiam extrajudicialiter peti. Hac Gregor. Lopez. cum quo, & cum communis opin. supra dict. ipse transeo.

Quae tamen communis opinio ampliat vt procedat, etiam si interpellatio fiat per verba deprecatoria, quia constituit in mora: Ita tenet Bart. argumen. text. ibi in l. etiam in hoc modo, ff. de legat. 1. idem Bart. in l. si quis mihi bona, §. Pater Scio, ff. de acquir. hered. vbi las. numer. 9. & 11. dicit communem tenet idem Bart. in l. 1. num. 11. ff. de noui oper. nunciat. vbi las. num. 11. dicit communem, & est

communis, secundum eundem las. in d. l. si legatarius causa, col. 3. num. 16. & Zal. ibi num. 16. & Segur. num. 164. dicit magis communem las. in l. vinum, n. 14. ff. si cert. pet.

Sed tamen supra dicta communis opinio debet intelligi in obligatis iure actionis, hoc est, a quibus per viam actionis peti potest debitum, secus tamen in obligatis tantum iudicis officio, hoc est, qui solum per officium iudicis conueniri possunt, vt in casu damni infecti & similibus, quia tunc interpellatio extrajudicialis non constituit in mora, sed requiritur iudicialis ad id. Ita probat text. in l. cum postulassem, in pr. digest. de damni. infecti, cui consonat l. 11. tit. 32. part. 3. Quem text. in dict. l. cum postulassem, in princip. sic summat & intelligit Bart. ibidem, & est communis opinio per illum tex. secundum Ant. Rub. in rep. l. vinum, num. 169. digest. si cert. pet. volun. 2. repe. Doct. vbi ipse num. 74. limitat hoc in interpellatione collationis. Et hunc intellectum ad l. cum postulassem, in princip. tenet idem Bart. in l. 1. col. 3. num. 10. ff. de iurisdict. om. iud. vbi etiam Alber. num. 12. Bal. col. 3. las. num. 8. Et dicit communem Curt. num. 76. & tenet idem Bart. in l. 4. num. 9. C. de positi. & idem Bart. in d. l. si legatarius causa, num. 8. & ibi Segura, num. 180. idem Bart. in l. non solum, §. morte, n. 62. ff. de noui oper. nunciat. & in l. vbi, paragr. fin. ff. de edend. & text. in d. c. cum postulassem, declarat Decius in d. l. vinum, n. 11. & Gomez in §. omnium, num. 31. In sit. de actio. & melius omnibus Marcus Anton. Bauer. in tract. de mora, 1. part. n. 19. & 20. vol. 1. tract. diuers. Doct. fol. 416.

Operatur tamen etiam aliud satis vtile in practica interpellatio extrajudicialis, vt teneatur postea conueniens in iudicio ad emendam & expensas soluendas, ad quas non teneretur, si interpellatus non fuisset, & in iudicio conueniens confessus fuisset statim debitum, & immediate libello recepto paratus sit soluere, non contendere, vt tenet Ioan. Faber in paragr. appellamus, num. 4. In sit. de act. sequitur Ang. in §. si itaque discretus, n. 14. & ibi las. num. 44. In sit. eodem sit. vbi alios allegat, & Bald. in l. non ignorat, num. 3. in versumodo ego quero, C. de fruct. & litium expens. vbi loquitur in expensis factis in recolligendo instrumentum a tabellione, & idem las. late in l. certi conditio, in prin. num. 4. digest. si cert. pet. vbi plures ita tenentes allegat, quod licet haec denuntiatio & interpellatio hodie sit de vrb. banitate, & non de necessitate, vt tenet Doct. in c. licet Heli, & Simon. tamen ad recuperandas expensas in recolligendo instrumenta a notario, vel alias similes expensas, puta, in conducendo aduocatos vel procuratorem, requiritur & est necessaria. Nam nisi prius extra iudicium denuntiauerit debitor, an velit amabiliter soluere, non potest tales expensas hodie repetere, quod etiam tenent Doctores in dict. cap. licet Heli, praecipue Abb. & Felin.

Vltius adde, quod in contractibus vltro citroque obligatoris, quantum ad vfuras & fructus rei, videtur quis constitui in mora per implementum ex vna parte tantum absque interpellatione, supra dicta enim procedunt respectu rei principalis & expensarum, per text. in l. Iulianus, §. offerri, & in §. ex vendito, digest. de actio. empt. & in l. curabit, C. eodem. Per quae iura ita tenet Bart. in l. de disisione, num. 3. ff. solut. marr. Pro quo etiam est bonus tex. in l. naturalis, §. at cum do, vbi, at cum do, ff. de prec. verb. & ibi Paul. de Cast. & las. num. 3. notant illum tex. ad hoc, per quem hanc regulam

Bart.

Bart. testatur esse communem Curt. ibi num. 5. qui hoc ampliat in contractibus innominatis, & in contractibus stricti iuris, per illum tex. quos refert & sequitur T. Anton. de Padil. ibi n. 6.

Supradicta tamen omnia, vbi diximus requirit interpellationem ad constituendum debitorem in mora, procedunt, praeterquam si debitor promisit soluere vel aliquid se facturum, vel curaturum cum iuramento, quia tunc non requiritur interpellatio ad constituendum debitorem in mora, quia iuramentum habet vim interpellationis. Ita tenent Io. And. & Abb. in c. breui de iureiur. quam opinionem sequitur & defendit ab impugnationibus Alex. tenentis contrarium las. in l. quod te mihi, v. 22. ff. si cert. petatur, vbi Philip. Deci. n. 45. sequitur eam, dicens, quod Doctor. communiter eam sequuntur in d. c. breui, & quod non videtur recedendum ab ea. Vbi etiam satis facit fundamentis Alexand. & inquit, quod iuramentum hoc casu operatur, vt debitor sponte, quod promisit, offerre teneatur, & si licet creditorem egerit illa pecunia, videtur esse in mora propter vim iuramenti, & quod iuramentum in hoc casu non videtur excludere illud modicum spatium, quod datur, quando interpellatio interuenit ad soluendum, vt in l. quod dicimus, ff. de solut. Et ille, qui promisit cum iuramento se facturum & curaturum, tenebitur facere & curare quae primum poterit, sicut tenetur quando promisit sine iuramento post interpellationem, vt in d. l. ita stipulatus, ff. de verb. oblig. & refert plures ita tenentes, quando non interuenit iuramentum, scilicet, quod post interpellationem teneatur facere quam primum poterit, Decius vbi supr. n. 44. Et quod quando interuenit in obligatione iuramentum, non requiritur interpellatio, tenet & dicit communem opin. esse plures Doct. allegans Roland. a Valle consi. 57. nu. 45. lib. 1. Et quod iuramentum interpellat pro homine, tenet alios allegans Petr. Nunez Auenda. c. 1. prelor. n. 14. fol. 29. col. 1. lib. 1. & opin. Io. And. & Abb. in d. c. breui, testatur esse frequentiori omnium consensu receptam Couar. lib. 3. var. resolu. c. 17. nu. 5. contra Alex. quem refert.

S V M M A R I V M.

- 1 Contractus incarcerati factus in fauorem & commodum carcerantis eum ad hoc, non valet, secus si sit cum alio tertio non participante.
2 Sed hoc de tertio debet intelligi, quando carcerato ex tali contractu refultat liberatio aliqua vel alia euadens vtilitas.
3 Carceratus bene potest contrahere cum tertia persona non suspecta nec supposita a detruente.
4 Incarceratus ob aliam causam, quod matrimonium contrahere potest.
5 Contractus factus ab incarcerato in casu l. qui in carcerem, ff. quod met. caus. est nullus.
6 Detruenti iniuste aliquem in carcerem, potest cum illo contrahere.
7 Carceratus in carcere priuato vel in publico non rite, licet recte, non potest contrahere in fauorem carcerantis ipsum.
8 Pater, si postquam liberatus est a carcere, dimisso filio in carcere iniuste promittat in fauorem detruentis ipsum non obligatur.
9 Matrimonium contractum ab eo, qui cum graue

delictum commisset, comminatus fuit ei aliqua eum ad iudicem delaturum, nisi contrahat matrimonium cum tali, est nullum.

- 10 Constatudo qua habet, vt carceratus extrahatur a carcere, quando facit aliquem contractum, nihil valet.
11 Contractus incarcerati in casu d. l. qui in carcerem, est etiam nullus respectu ipsius fideiusoris.
12 Fideiusor qui hoc casu soluit ex prad. contractu nullo an possit repetere.
13 Consensus praestitus iniuste a sententia ab eo, qui iniuste detinetur in carcere, non valet, nec excludit eum a syndacatu.
14 Confessio facta a carcerato iniuste, non valeret, nec ex ea potest sequi condemnatio aduersus ipsum, nisi perseueret.
15 Reus, qui non praecedentibus legitimis iudiciis fuit tortus & confitetur delictum, etiamsi perseueret, non potest ex illius confessione condemnari.
16 Carceratus an possit testari?
17 D. l. qui in carcerem, limitatur, si contractus sit vtilis carceranti, vt puta tendens in ipsius liberationem, &c.
18 Contractus incarcerati in casu d. l. qui in carcerem, an firmetur iuramento? & numer. seqq.
19 Contractus metu factus an iuramento firmetur.
20 Ex iuramento exacto per metum duplex oritur obligatio, una qua iurans obligatur homini, altera Deo, & an haec tollantur per coactionem?
21 Fortior est metus carceris iniusti, quam alius qui extra carcerem inferatur: & ratio huius assignatur.
22 Matrimonium celebratum vi non firmatur iuramento, nec iurans tenetur illud seruare.
23 Absolutio iuramenti requiritur etiam in iis casibus, in quibus requiritur liber consensus & actus, aliam non firmatur iuramento.
24 Incarceratus ad penam mortis relaxatus ad certum terminum cum iuramento de redeundo, non tenetur redire, si mors erat iniusta.
25 Iniuste detentus potest effractis carceribus fugere absque metu poenae ordinariae mortis.
26 Captus a iudice timens iniquam damnationem corporalem, fugere tenetur.
27 Promittens cum iuramento, si soluat, non videtur approbare contractum, sed vt periculum euicet praesumitur soluisse.
28 Contractus agri factus cum medico, qui eum malitiose & perperam curauit, vt praedictum contractum celebraret, non valet.
29 Idem est generaliter, etiamsi non interueniat malitia medici, nec mala curatio.
30 Infirmitas dum curatur si promittit medico vel chirurgo certam quantitatem pecuniae pro duratione, valet promissio.
31 Medicus potest recipere donata ab infirmo.
32 Promissio reclamante aduersus promissionem a se factam medico pro curatione, dum esset infirmus, debet taxari curatio per iudicem adhibitis peritis in arte, seruatis qua hic dicuntur.